

אנו ייהת חציוות נ

DISSERTATIO GRADUALIS,

De

LACERATIONE VESTIUM

Apud Hebræos:

Quam,

Ex suffragio Ampliss. Ord. Philosoph. in Re-
gio ad Auram Lyceo,

PRÆSIDE

VIRO Maxime Reverendo atque Amplissimo
D:no ISAACO VJDRKRUUDI,
Orient. & Græc. Lingg. PROFESSO-
RE Ordinario,

Publicæ Bonorum disquisitioni modeste
submitteret

Alumnus Regius,

JACOBUS SIRELIUS, Filius,
Austro-Fennio,

Deo volente, ad diem 3. Junii, Annī
MDCCXXXII.

loco horisque solitis.

ABOÆ, Exc. R. Ac. Typ. Joh. Kiämpe,

S:æ R:æ M:tis
MAGNÆ FIDEI VIR,
Reverendissime Pater ac Domine,

D_N. LAURENTI
TAMMELIN,

S. S. Theol. DOCTOR Consumatissime,
inclitæ Diœcēseos Aboënsis EPI-
SCOPE Eminentissime, Academiæ hu-
jus Auraicæ PRO - CANCELLARIE
Magnificentissime, nec non Vener. i-
bidem Consistorii PRÆSES Gravissi-
me, Scholarumque totam per Diœce-
sin EPHORE Amplissime,

MÆCENAS MAXIME,

M_Axime Mæcenas, clarissima lux He-
liconis,
Fennonici Princeps ordinis atque sacri,
Insignis Patrie nostratis gloria dulcis,
Delicium Phabi, presidiumque bonis:
Des

Des veniam, queso, tenuis quod nostra Mi-
nerva

Nunc aust' Vestros sollicitare lares,
Nam veluti radiis tenebrosa illustrat A-
pollo;

Nomine sic splendet Musa Tenet' i Tuō.
Hoc igitur grato Mæcenas adspice vultu
Chartaceum munus, sit licet exiguum.
Et placidus faveas, submissō adisque cli-
enti,

Qui calida semper Te pietate colet:
Praterea, geminas tollens ad sidera palo-
mas,

Non pia desistet fundere vota Deo:
Ut vigeas, vireas fæpes per Nestoris ea-
vum,

In cœlo donec sideris instar eris!
Nomen at in terris maneat tunc posteri-
tati

Gloria per celebris tempus in omne Tu-
um!

Reverendissimi Nominis Tui

Cultor Devotissimus
Jacob Sirelius

*Maxime Reverendis, Amplissi-
VIRIS ac*

Dn. DANIELI
JUSLENIO,

S. S. Theol. DOCTORI ac PROFES-
SORI Celeberrimo, ejusdemque Fa-
cultatis h. t. DECANO Amplissimo,
Consistorii utriusque ADSESSORI
Gravissimo, Ecclesiæ Cathedralis Fen-
nicæ, quæ Aboæ est, ANTISTITI
Fidelissimo.

Domino ISAACO
Sacrarum Linguarum PROFESSORI
SESSORI Amplissimo, & Ecclesiarum,
tur, ANTISTITI

MÆCENATIBUS ac PATRONIS,
prosequendis,

*simis atque Celeberrimis
DOMINIS,
Dn. Mag. ANDREAE
BERGIO,*

Sacro Sanctæ Theologiæ PROFESSO-
RI Ordinario, Consistorii utriusque
ADSESSORI Gravissimo, ad Eccle-
sias in Nådendahl / Reijo & Merimasko
ANTISTITI
Longe Dignissimo.

BESTRÅUND /
Ordinario, Consistorii Academici AD-
quæ in Piftis & Rystö Deo colligu-
Adcuratissimo, Vigilantissimo,

submisso venerationis cultu ætatem
colendis.

Vobis.

Macenates. Ac. Patroni.

Optimi. Benignissim.

Levissimas. Hasce. Pagellas.

Tum. Ut.

Splendore. Et. Luce.

Nominum. Vestrorum.

Collustrentur.

Tum. In.

Certissimam. Submissa. Pie

Atque. Venerabunda.

Mentis. Tesseram.

Cum. Sui. Sharumque. Fortunarum.

Ulteriori. Commendatione.

Nec. Non.

Calidissimo. Voto. Pro. Vita.

Et. Felicitate.

Vestra. Vestrorumque.

Perenni. Ac. Prospera.

Sacras. Esse. Vult.

Maxime Reverend. atque Amplissimo-
rum Nominum Vestrorum.

Humillimus Cliens

A. & R.

PIRO Admod. Reverendo præclarissimoque
Dn. NICOLAO IDMAN,
Ecclesiarum, quæ Deo in Hwittis colliguntur, PASTORI vigilantissimo, adjacentisque Districtus PRÆPOSITO Accuratissimo; NUTRITIO ut Propensissimo; ita PATRONO ac EVERGETÆ multis animi officiis Honorando.

LImina nonne ruditis merito nunc chartula tam
git
Hec Tua, mi multum semper Venerande Patrono?
Munera qui placidus gratis mibi tanta dedisti,
Quanta quidem, fateor, nulli sperare licebat.
Quippe Tuæ Sobolis binos dum cura per annos
Mi fuit, accepi summi documenta favoris.
Suscige nunc gratae, quæ profero, munera mentis,
Vilia sint quamvis; facilis quoque sis mibi post-
hac.

Pectore sic toto fundam calidissima vota,
Firma pro Domini clari generisque salute:
Hic vigeas latus seros in Nestoris annos,
Contingant donec caelestis gaudia regni!


Præclarissimæ Tuæ Dignitatis

devotus ac indefessus cultor
Jacob Sirelius.

CONSPECTUS.

- §. I. *Vestimenta, Hebreis præcipue usitata, perlustrat.*
- §. II. *Quenam ab iis scindi solita sint, inquirit.*
- §. III. *Ipsum lacerationis modum examinat, definitionemque tradit.*
- §. IV. *Causas ejus potissimum recenset.*
- §. V. *Controversiam ex legibus Sacris, quæ vestes scindere pontificibus prohibere videntur, ortam, solvit.*
- §. VI. *Hunc lacerandi ritum aliis quoque gentibus communem fuisse, breviter demonstrat, & colophonem opellæ imponit.*

Ocu-



בָּאֵלֹהִי תְשׁוּעָתִי

§. I.

Oculis nostris, in lacerationem vestium, Hebraeis usitatam, ambitu pagellarum harum brevissime inclusam, conversis, primum vestimenta illorum intuenda se exhibent, ut ad solidam hujus scissionis cognitionem nobis deinde facilior sternatur via. Singula vero eorum genera accuratius delineare cōsulto supersedemus, præsertim, qyum autores, heic necessario consulendi, sententias de iis longe diversissimas foveant ac tueantur, quas ex institu-

A to col-

to colligere atque examinare, & a
proposito nostro alienum, & nimis
prolixum foret. Sufficiet igitur, ve-
stes Hebræorum, ad mentem B:
Gerhardtii. Harmon: Evangelist: cap:
CC. pag: n: 223. in *interiores* atque
exteriores distributas observasse. Il-
larum in numero merito se offert
תְּרוֹמָה, Græcis χιλίων, Latinis tuni-
ca: harum vero 72, Græcis iugulari,
Latinis pallium sive roga dicta. Ad
interius hoc vestimenti genus quod
attinet, communis omnium consen-
su dicitur tunica, & a B. Luth: ad
Genes: XXXVII perpicue describitur,
quod fuerit camisa linea, stricta, arcta,
regens omnia membra corporis, non flu-
entibus manicis, sed strictis absque plicis.
Hebreos non semper usos fuisse una,
sed, ubi a prisca frugalitate disces-
sum est, duas ejusmodi tunicas sibi
induisse, cum Isaac: Casaubono Exer.
16. num 84. pag. 553. tuto adferere
audem us: quarum illa linea cuti ad-
haerebat, quam indusum seu subu-
culam vocare licet: hæc autem, a
mol-

mollibus lanis confecta, sub pallio
 intimæ superinducatur vesti, erat.
 que satis longa, descendens scilicet
 ad talos, sed arcta, corporiqv^e ad-
 juncta, nullis plicata rugis. Unde
 Hieronymum de ea ita audimus lo-
 cutum: *Hec adhaeret corpori, & tam
 arcta est, & strictis manicis, ut nulla o-
 mingo in ueste sit ruga.* Interiori huic
 vesti alterum vestimenti genus exte-
 rius impositum videmus: cuius si
 qvis convenientissimum desiderave-
 rit nomen, pallium habebit, avod
 non a pellibus, secundum sententi-
 am Isidori, existimantis, veteres il-
 Iud supra indumenta pellicea indu-
 isse; sed a palla, qvod palam & fo-
 ris esset, teste Varrone, derivatur.
Hoc, si Schindlero fides sit habenda,
fuit uestis summa longior, sine manicis,
 cuius materia interdum fuit linum,
 interdum lana, nunquam vero he-
 terogenea: siqvidem hæc lege He-
 bræis erat vetita Lev. XIX. 19. qvi
 cum conf: Deut: XXII. 11. Consta-
 bat autem hujusmodi pallium qua-

tvor pannis, certo modo inter se
junctis: qvam ob caussam Græcis
λεάγερον dictum: qvale etjam e-
rat pallium Christi, unde commo-
dius a militibus in quatvor partes
distribui potuit, docente B. Gerhar-
do loc: *supra citat:*

§ II.

Unqve vero hæc Hebræorum ve-
stimenta, pallium puta & tuni-
cam, materiam fuisse lacerationis,
cum D. Gejer: in *aureo tractatu de*
luctu Hebraorum pag. 418. aliisqve
non paucis, adfirmare haud dubita-
mus. Nos non fugit, Buxtorfium
in *Lexico Talm:* ad vocem יְרֵב ad-
seruisse, rupturam non fieri in
exteriori pallio, & Leusdenium in
notis ad Joëlem negasse, lacerationem
institui in pallo exteriori, multos-
qve præterea Philologorum idem
cum his sensisse. Qvos placitis suis
adqviescere finimus, in id unice in-
cumbentes, qvomodo sententia no-
stra proxime accedat ad ipsam ve-
rita-

5

ritatem, sic loqventem Job: I. 20.
Et surrexit Job, comperta liberorum
clade, & scidit **לִבְנָה** **תַּנֵּן** pallium suum.
Hic quidem Coccejus, ceterique ejus-
dem sententiæ propugnatores **כָּלָל**
in propria sua significatione non su-
munt, sed illud per **כְּתֹוֹרָה** ver-
sum atque explicitum volunt. Ve-
rum iis resistunt omnes optimi in-
terpretes, serio admonentes, non es-
se fas propter solā hypothesisin quas-
cunque permiscere species & vocum
notiones, quum nihil prorsus sit,
quod cogat **לִבְנָה** *impropriæ* de int-
riore veste aut tunica hic accipi;
siqvidem *propriæ* de exteriore vesti-
mento sive pallio optime intelligi-
tur. Misera enim & mutila foret
Scripturæ interpretatio, ubi cuique,
nulla urgente necessitate, pro libidi-
ne liceret recedere a genuino verbo-
rū sensu. Hinc igitur recte concludi-
mus, Jobum non tunicam, sed pal-
lium, quo indutus erat, scidisse. Et
ne quis existimat, eum solum fecis-
se hoc, intueatur amicos ejus, quo-
rum

rum singuli sciderunt מִלְשָׁד pallium
 suum, ior: hujus cap. II. 12. nec non Es-
 dram, qui tib: cap IX. 5. de se ita loqui-
 tur: Surrexi a afflictione mea, & cum sci-
 dissem וְזַה vestem meam וְעַזְבֵּנִי & palli-
 um meū &c. Ecquis itaq; inficias ibit,
 exterius hoc Hebraeorum vescimen-
 tu n ab omni laceratione exceptum
 fuisse? Superest, ut de lacerata et-
 iam tunica unicum producatur us
 exemplum, sumtum a Chusai Ar-
 chita, qui lugens occurrit Regi Da-
 vidi, scissa tunica & capite humo operto
 2 Sam. XV. 32. Sine dubio caruit hic
 pro fugæ præsentis conditione, pal-
 lio aliquo laxiore, sicuti neque ei
 erat capit is terra conspersi tegmen;
 adeoque tunicam, carni prope ad-
 hærentem dilaceravit, mæforem
 cordis expressurus. Utrumque ergo
 vescimenti genus pro re nata scissu-
 ram expertum est: unde & vocabu-
 la saepe generaliora adhibentur, ut
 Gen: XXXVII: 34. Jos: VII. 6. 2 Reg:
 VI. 30. &c. Et qui tunicam disciderunt,
 potuerunt sive alia interiore, sive

מִלְשָׁד

מִנְחָה *feminalibus* saltim instru-
eti, nuditatis deducus vitare.

§. III.

Hanc vero vestimentorum diru-
ptionem non constitisse in denu-
datione pectoris, citra vestium la-
cerationem, vel in vestium violen-
ta modo detractione, diffibulatio-
ne vel diloratione contra Cajeta-
num *in cap. XIV Marc.* & Sopranem
in Dav. digr. I. cap. 2. §. 12. fol 332.
adstruimus. Dirumperebatur enim ve-
stis, sive interior, sive exterior, sive
utraque, prout serebat occasio, vel
animi perturbati fervor, scissura
satis longa ac notabili. Ejusmodi
etiam violentam scissuram exigit vis
verbi γράπειαν, quod in passivo
est ita fieri lacerum, ut filum unum
post aliud promineat, solvatur, de-
pendeat, conf. Ex. XXVIII. 32.
XXXIX. 23. Idem suadet εὐθανίη
Verbi Cræci διαρρήγνυσις, Luc. V.
6. Certum autem lacerandarum ve-
stium modum, antiquitus usurpatū
definiri non posse putamus, qvem-
admodum astuantes affectus vix

uni-

uniformem & determinatam legem
ubique admittunt. Manu tamen
molliores eorum vestes discerpi &
potuisse, & consueuisse dubio vide-
tur carere. Posteriores vero Judæ-
orum magistri, in exteriora omnia
intenti & acuti, heic etiam modum
determinare, legesque præscribere
sunt ausi, ut lacerans, non manu
semper, sed aliquando cultro, vel
alio quopiam instrumento acuto,
vestimenta in mensuram quatror di-
gitorum, seu palmi scindere debe-
ret, unde partes vestis istius pendu-
lae interdum relinquebantur per ali-
quod tempus, ut etiam aliis de in-
terno cordis dolore constaret. Ve-
rum in luctu parentum, Rabbino-
rum, principum Synagogæ, patrum
Synedrii, casu blasphemiae & cla-
dis publicæ, veluti gravissimo, ritum
hunc lacerandi non a sinistra parte,
scissuræ alias destinata, sed a dex-
tra scindens instituebat, donec pe-
ctus esset nudatum. Hinc Cl: Leus-
denius in *notis ad Joëlem* hac de re
ita differit: *Laceratio proper patrem,*

matrem & principem sit usque ad denudationem peitoris, quorum ruptura nunquam resuitur, propter alios vero resuitur, vel post trigesimum diem, vel intra pauciores dies, pro ratione defunctorum, sitque haec ruptura in honorem eorum ad dextrum iatus. Omnem sic scissuram, quam fecit quavis, ordinarie post sextiduum; sed factam ob parentes & gravissimas alias causas, demum post tricesimum diem consuebat, idque negligenter, scalarum in modum: prohibita enim fuit sutura Alexandrina, quae, referente Cl: Buxtorfio in Lexico, adeo arte conexa erat, ut visu aliter concepi non posset, quam contexta. In vulgari luctu post tricesimum quilibet accuratius resarcire potuit. De crassa vero hac sutura Coccejus ad Sanhedrin pag. 62. יְהוָה exponit de sutura raptim, & sparsis acus punctibus, instar caninorum dentium facta, ac יְהוָה est ipsi suere solutius, atque distantibus labris, ut filum intercurrens referat cirros, aut

aut peniculamentum istud, qvod in
ora tæla astam inis filis, trama desti-
tutis, relinqvi solet. Præterea apud
Rabbinos qvaritur, qvo instrumen-
to maxime fieret hæc laceratio.
Communis est sententia, eam non
factam fuisse forfice, vel cultro, præ-
sertim palam; sed vi & robore ma-
nuum: siqvidem dictum est, 2 Sam. I.
11. Rex David fortiter apprehendit ve-
stimenta sua, & dirupit ea. Interdum
tamen occulte, nemine vidente,
forfice, vel cultro: qvod præcipue
competebat Summo Sacerdoti, cui
licitum dicunt, scindere cultro, aut
alio acuto instrumento. Porro lo-
cus lacerationis rectus atque ordi-
narius fuit in sinistra, circa apertu-
ras nodorum, juxta collum; non
ad latus, nec sub brachiis, nec ad
fimbrias vestis inferioris; qvod si quis
non observasset, immunis nullo
modo censebatur a reatu scissuræ,
male & perperam administratæ. So-
lus summus pontifex laceravit a
parte inferiori. Præter alia, qvæ
scrutari.

scrupulosus congerit Maimon. *in his.* — אָמֵן c. 8. Denique, ut hac de re tantum non omnes conveniunt Magistri, ritus hic peragebatur stando: sin autem quis sedens hoc fecisset, de novo lacerare debuit: vi dicti 2. Sam. XIII: 31. *Surrexit Rex, & scidit vestimenta sua.* Ratio videtur fuisse, quod firmo insistens pedi majus robur viresque validiores habeat ad discerpendum, quam sedens quispiam. Hisce ita perlustratis, necesse videtur ac conveniens, ut definitionem lacerationis apponamus, quam, ut spero, plenam damus sequentem. *Laceratio vestium fuit ritus potissimum Hebraeorum violentus discedendi uestes ob impatentiam doloris, undecunque orti, laceris partibus aliquamdiu relictis pendulis, ut hac ratione aliis constaret se interno dolentis animi affectu.*

§. IV.

Caustarum tandem, propter quas ejusmodi vestium disruptio fiebat

bat, notitia heic eo magis necessaria videtur, quo certius habemus, omnem lacerationis ritum, pro carum diversitate, vel majorem vel minorem fuisse. Primum enim, & quidem potissimum, solebant Hebrei vestimenta scindere in luctu propter defunctos. Sic legimus Gen. XXXVII. 34. quod patriarcha Iacobus, nuntiata filii sui Josephi morte, vestes laceraverit suas: & de Rege Davide illud habemus 2. Sam. I. 11. quod, nuntio de morte Regis Saulis atque amici Jonathanis accepto, non abstinuerit se a laceratione. Unde Maimonides inter statuta sua hoc quoque profert, cap. 8 לְעֵגֶל Lu gens in id obligatur, ut scindat ob mortuum: ac Buxtorfius Synag. Jud. cap. XLIX. pag. 677. lacerationem vestium, moriente aliquo, Judæis ut olim, ita hodieque in more positam refert. Deinde testatur Sacra Scriptura pluribus in locis, ut Jos. VII. 6. 1. Reg. XXI. 27. 2. Reg. XXII. 11. &c. Hebreos antiquos, pio sanctoque

ctoqve zelo in Deum plenos, non raro usos fuisse hac vestium scissura, signo velut externo, qvo in solemnibus pœnitentiæ actibus internam cordis lacerationem, seruum-qve peccatorum dolorem indicaret. Unde si quis concludere vellet, huc etiam ritum summo placuisse Numini, non prorsus absurdus foret: qvoniam expressis dicitur verbis 2.

Paral. XXXIV. 27. Siqvidem audivisti verba mea, atqve emollitum est cor tuum, & humiliasti te coram facie Dei, & discidisti vekimenta tua, & flevisti coram me, ego quoqve exaudiui te, dicit Iehovab. Denique certum est, eos non abstinuisse a lacerando, in vehementioribus ac ingratioribus animi motibus; idqve vel ob repentinos atqve inopinato obvenientes casus. Sic fratres Josephi, invento scypho, vekimenta lacerarunt, Gen XLIV. 13. Athalia, seditione comperta, 2 Reg: XI: 14. Jephita, conspecta filia, Jud. XI. 35. prælertim in clade publica, ut nuntius 1. Sam. IV: 12. Mardo-

chæ-

chaus stragem, sibi suæque genti parataam, videns Esth: IV: 1. *vet ob blasphemias in Deum aut sacra fusas,* quasi vellent, atque optarent, blasphemum ipsum laceratum haud securus, ac uestes suas. Sic Rex Hiskias, audita Rabfakis blasphemia, uestimenta scidit ⁊ Reg: XIX. 1. aliiq: quem morem adhuc Apostoli servarunt Act XIV. 14. Quid & judices, blasphemum judicantes, testibus verba blasphemiae recitantibus, uestimenta pro more lacerabant, & quidem nunquam resarcienda, vid: Avoda Sara cap. II. & Sanhedrin cap. VII. *Consuetudinis enim Iudaicæ fuit,* cum quid blasphemiae, & quasi contra Deum audierint, scindere uestimenta sua, inquit Hieronymus ad Matth: XXVI: 65. & Lyranus ad eundem locum: iste erat mos Iudeorum scindere uestimenta in signa doloris, quando audiebant blasphemiam divini nominis.

§. V.

Controversia autem inter eruditos

tos agitatur, an ob adductas rationes æque sacerdotibus summis,
ac aliis Hebraeorum, vestes suas scindere licet ac integrum fuerit.
Ipsis enim vestium dilaceratione interdicere videntur leges sacrae, Lev:
XXI: 10. *Sacerdos vero maximus vestimenta sua non lacerabit:* & cap. X.
6. *Ne scindatis vestes vestras.* Sed facile sospita erit, si præcipue Talmudicorum placita audiamus. Non
has solum leges, e Levitico allegatas, sed alias etiam adhibent, ubi
de vestium laceratione, pontificibus maximis prohibita, loquuntur; sed
eas intelligunt tantum de vestibus sacerdotalibus; quoniam solus sacræ
in ministeriis usus erat, non de vulgari amictu. Hic lacerari poterat,
non illæ. Ut nihil jam moneamus,
expresse tradi ab iis discriminem intermodum scissionis, quæ fieret a Pon-
tifice, atque a gregariis sacerdotibus,
in eo constitutum, quod illi infe-
rius ad simbriam, sive ab ima atque
anteriore parte sursum, aliis vero
super-

superius, ad sinum pectoris, aut à summa deorsum, vestes essent dilacerandæ. Certe textus ipse sacer Lev: XXI. 10. non omnem plane di-laceratiōem videtur prohibere: hoc enim si esset, neqve pontifici caput unquam nudare licuisset: qvod ar-gumento est, interdictum illud ad sola vestimenta sacra in usu mini-sterii restringi. Præterea observat B. Gerhardus ad Matth. XXVI. pro-hibitionem hanc respicere casum propter mortuos, seu luctum pri-va-tum; alioquin in publico luctu pontificem quoqve maximum dis-ci-disse vestes e I. Macc. XI. 11. colligi-tur. Hinc clare liqvet, summum pontificem Caiphām non contra le-gem illam peccasse, qvum ob o-pinionem blasphemiae, qvam ex confessione Christi in Deum con-jectam putavit, vestes, qvas extra locum sanctum non sacerdota-les, sed vulgares gestabat, dissueret. Et sic sponte cadit ac corruit, senten-tia Cornelii a Lapide, nec non Ba-ronii

tonii Annal. Tom. I.A. Cbr. 34. ita
 prodita: Hac lacerandi vestes consue-
 tudine ceteri, haud tamen sacerdotes
 renabantur. Nam divina lege sacerdo-
 tibus vetitum erat, ne sua scinderent
 vestimenta. Sed Caiphas, illa contemta,
 quo ceterorum adstantium animos in
 Christi perditionem magis ac magis con-
 sideraret, furore quodam percitus, primus
 summorum omnium pontificum, quorum
 fit memoria, sic sua vestimenta consci-
 dit.

§ VI.

Sipereſt, ut uno aut altero tan-
 tum verbo moneamus, ritum
 hunc, in ſe indifferentem, poſtqvam
 publico more invaluiffet, nihil in-
 decori præ ſe tuliffe: qvamvis for-
 te nobis, aliter adſuetis, ſecus iam
 videri queat. Et qvanqvam in fa-
 milia patriarchali prima ejus ex-
 empla occurruunt; prima tamen e-
 jus origo exacte determinari ne-
 qvit, Hebraei ne ab aliis populis,
 an hi ab illis cum acceperint.

Nam late sat's & alibi gentium antiquitus usitatum, constat. Sic de Persis Qvint: Curt: libr IV. tradit, spadonem Regi Dario nuntium atutile, *veste lacerata:* & libr: V. Persas laceratis vestibus, lugubri & barbaro ululatu Regem suum deplorasse. Similia de aliis ad orientem gentibus leguntur: ut ex libr Judic: XIV. 13. 15. patet, cubicularium Holofernis, spectato Domini sui excidio, & principes Assyrici exercitus, eandem prorsus ob caussam, vestimenta sua scidisse. De Graecis idem narrat Lucianus, *dial: de Luctu.* Virgilius eosdem Latinorum mores refert, de moribunda regina Amata Aeneid XII. 602.

Purpureos moritura manus discindit amictus.

ac paulo post de ipso Reg:, coniugis mortem deflente,


----- *It scissa ueste Latinus.*

Ita de Romanis adhuc testis est Plutarchus in Cicer: per multos patrum praे furore Clodii se

se in plateas effudisse, καλοπηνο-
μες τες χιλιων, laceratis tunicis.
Plura qui desiderat, ea offendit
apud Herodotum in Thalia & Ura-
nia, aliosque. Consulantur insuper
Kirchm: libr II. de fun: Rom: cap.
17: Brissonius libr. II. Regn: Pers:
pag. 256. Forst: ad Es. XXXVII.
pag. 544. Titus Popma, in notis ad
Curt: libr: X. Drusius libr: XII. ob-
serv: cap. I. ceteriq; non pauci. Hoc
tantum pro instituti ratione de hac
materia dixisse sufficiat, qvæ qvi-
dem ulteriorem & solidiorem ne-
reretur considerationem; sed ve-
tant eam ipsius materiæ gravitas,
intellectus nostri tenuitas, tem-
poris angustia, facultatum inopia,
nec non librariæ rei penuria. Ce-
terum, qvæ ita summa brevitate,
maximaq; simplicitate de Lacer-
tione Vtium apud Hebræos dixi-
mus, ea ut in meliorem accipi-
as, atq; interpreteris partem,
benevole lector, omni, qva par-
est, observantia contendimus. Et

si quid desideras, ut multa desi-
derari & ipsi animadvertisus, fac,
candidus animi tui favor supple-
at. Tibi autem, Summe, Misericors
atque Aeternus Deus, glori-
am perpetuam laudesque im-
mortales decantamus.

כל הנשמה תהלל תְּהִלָּה
הללו יה



Clarissimo Philosophie Candidato,
Dn. JACOBO SIRELIO,
De
Laceratione Vestium apud He-
bræos docte differenti.

Cultus ut assiduus, mundantis se-
mina terre,
Tempore dat fruges multo cum fœno-
re messis,
Agricola; fugiens sic desidis otia vita
Agro in Pierio, hinc fructum virtutis
honestum
Obtinet, & merita pro palma præmia
lata.
Haud secus impediunt viridi Tua tem-
pora Lauro,
O Fautor, Musæ, dum scripto & men-
te polita,
Quæ fuit & qualis vestitus scissio
quondam,
Fortiter expones celsa de sede Cat-
bedra,
Quam rursus felix properando scan-
dere tentas.

Grau

Gratulor inde Tibi merito, ac felicia
quævis
Adprecor! Ex cœlo veniant Tibi gau-
dia mille!

Ita ex animo officioso, vena
licet tenui, adplaudit

Nicolaus Idman, Filius.

Eidem,

Informatori meo Fidelissimo,

Tanto certius, me non præter mo-
rem facturum, scio, si, inter
ceteras gratulantium voces, paucis
etiam ego applauderem; quanto magis
hic mos inter Musarum alumnos in-
valuit, quantoque arctius officiis at-
que amore me Tibi, Honoratissime Præ-
ceptor, devinxisti. Verum quo mi-
nus meam banc in Te propensionem
dignis exprimâ verbis, verat ingenii
se etatis tenuitas, & Tuamet ipsius
newini non nota modestia, que veri-
orem

orem quam prolixiorē amat officiis
testationem. Hac igitur opera super-
sedens, saltem honores, quos Tibi pro
meritis jam parat Apollo, ea, quā decet
observantia, gratulor, supremumque
Nomen ardētissimis veneror precibus,
ut sic studiorum Tuorum stadio felici-
ter peracto, in honesta locatus stati-
one, digna laboribus præmia consequa-
ris. Sic vobeo, semperque vovebo

Tui

amantissimus atque

officiosissimus

Daniel Idman

Mår G åter mi i dag
Fråden fram på Pinci högder,
Snäll i wet och Boklig' slögder,
Dertil G haa' stort behag;
Sa får jag Preceptor sata
Nu en styldig plicht afslata:

Önska snarast som jag kan,
Att G lacer-kranzen gesöna
Nu snart måtte få til lona
Ucas ådla Pallas hand!

Gud

Gud! Ge låte fällhet rofina,
Då sidst til sin Himmel hinna!

Gustavus Idman.

Mår nu min Bror här kommer fram
Med detta andra lärdoms fram,
Såg jag väl, hvaet han åmnar:
Det bär ju up til Pindi högd:
Der Pallas Honom med stor frögd
Snart åhre-blominor iåmnar.

Nu önskar jag, min Broder kiar,
Att han må länge lefwa här,
I fällhet, lust och nöje:
Då åntlig, när han hådan ställ,
Gud honom til sin helgons tal
I himlen fäll upphöje!

En trogen Broder,
Salomon Sirelius.

